



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

**XXVII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

ipsam partium confessionem edocere. Partem se læsam, sed & Dominum esse, cui subditos compescere omnia jura indulgeant, imo & læsa parti executionem istas Imperii leges demandare, quæ Norimbergæ (a) ad pacis consummationem latæ sunt.

† Galliæ Rex nihil Legatorum persuasionibus motus, collectas ad Metim copias Rhenum petere jubet, Elector varios Principes, † præcipue Lotharium Fridericum

(b) Nemetum Principem de innoxio transitu, ablegato ad eum Christophoro Gundeno salutat, quod in ejus Principatu Rhe- nus occurreret. Annuit liberaliter, & Princeps.

inter Spiram, ac Philipsburgum copiæ transportatae sunt, † fuerunt autem pe- Gallorum ditum millia quatuor, equitum duo. Mi- numerus.

les Lotharingus sub Principe Vaudemon- tio † Moguntiæ, ubi navali ponte utrumque littus Elector junxerat, transit, supe- Lotharingi rato Rheno stipendia numerata sunt. Ele- Rhenum

ctor Heripolim, utque bello proximior transeunt. effet, Regis Curiam † ( Franconiæ for- Regis Curiæ talitium est, Thuringiæ objacens ) peigit. Elector ten- Barones Reiffenbergum & de Greiffen- dit.

glaw † Legatos cum plena potestate ca- Legati exer stris præficit, ut & adessent Consilio, & citus.

de annona prospicerent, ac cum obcessis, quod è re videretur, agerent. Summam rei Generali Vigiliarum Præfecto † Sommerfel-

merfeldio credit, qui militaria, & expu- dius.

Y 2 gna-

(a) Executions Receſſ de Anno 1650.

(b) Hic post Joannis Philippi obitum Electoratum Moguntinum obtinet, ac hodie rerum Summa feliciter præst.

Galliæ Rex  
auxilia Mo-  
XXVII.  
guntino  
mittit.

Lotharius  
Fridericus  
Nemetum  
Princeps.

Gallorum  
numerus.

Lotharingi  
Rhenum

Elector ten-  
dit.

Legati exer-  
citus.

Sommerfel-  
dius.

*glandes*

*Numerus  
armatorum*

**XXVIII**

*Exercitus  
urbi appro-  
pinquat.*

*Senatus ad  
cives horta-  
menta.*

*Petrensum  
Abbas oc-  
currere e-  
xercitui  
compellitur*

*Eius simu-  
lacio.*

gnationem curaret. Tormenta majora bellica Herbipoli, & Regis Curiā advena sunt, ~~munitio~~ armamentarium M. guntinum submisit. Auctæ conductitia copiæ lecto per Franconiam, & Rhenum milite. Colonienſes, Trevirenses & Westphali per Hassiam venere. † His omnibus exercitus quindecim millium concrevit.

Die sexto Septembris turma ex Eichsfeldia præmissa greges pecorum ex pascuis abegit, id primum hostilitatis argumen- tum. † Exercitus innoxio per Thuringiam transitu secutus est. Obsidionem intendi videns Senatus cives ad concordia, ad † fortitudinem hortatur: Tribunis, Centurionibus parerent, metum abicerent, causam Deo commendarent. Missi etiam ad exercitus Legatso, qui vim deprecarentur, pacis leges proponerent. Illi: Non se nisi dedita urbe paturos, ajunt, reciperen̄t præsidium, ac æqua omnia expectarent; Vades se Clementiae Electoris suūros, quam ubi inutili resistentia ulterius irritarent, in indignationem vertendam, quæ non nisi meritis penit placanda sit. Urbici † S. Petri Abbatem Adamum interpellant, vellet appropinquanti exercitui occurtere, quæ ad avertendam vim expedire viderentur, proponere. Ille in vanum pro rebellibus agi facile agnovit, qui ostentatione armorum non penitentiam, sed contumaciam prodant, ne † tam cum Coetus sui periculo petentium furorem accenderet, adduci equum jubet, profec-